

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Exercitatio theologica de fragrantia Christi quam ex 2.
epist. ad Corinth. 2, 15.16**

**Buddeus, Johann Franz
Naumann, Tobias Gottfr.**

Ienae, 1712

VD18 11426357-001

§. XI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130634](#)

ταὶ αὐτῷ ἀνέσειν. Petri contra qui eandem percepérat orationem, confessio, longe aliter sonat *com. 68. Domine ad quem abibimus? verba vitae aeternae habes.* Ita huic Christi sermo ut odor vitae, suavis erat & salutaris.

§. XI. Euangelium autem Christi, quod bonus odor audit, non natura innotuit, sed Deus ipse reuelauit odorem cognitionis, qui alias absconditus fuisset in aeternum. Nostro tempore Deus Opt. Max. ordinarie hunc in finem constituit ministros ecclesiae, Christi & apostolorum successores, quorum ministerio haec Christi fragrantia per orbem terrarum spargitur. Horum enim functiones circa verbi diuini praedicationem, nec non sacramentorum administrationem, versantur. Quare ministerium horum εὐαγγίας quoque nomine venire potest, & dignitatis, qua gaudet, documentum praebere. Originem nempe indicat, qui Christus ipse, finem, qui DEI gloria, & hominum salus. Quod pluribus stabiliri posset, si, quae occurrunt in sacra scriptura denominationes euolueremus; sed paucis id praestare sufficiat. Vocatur hic status,

statis , seu ordo ecclesiasticus *ministerium*
verbi diuini Act. VI. 4. quoniam circa eius
 annunciationem versatur : *ministerium fidei*,
 quia per verbum quod annunciat , fides ge-
 neratur & producitur. Ipsum hunc DEVS
 immediate ordinavit statum, quando $\pi\varrho\tau\epsilon\eta$ -
 $\alpha\gamma\gamma\acute{e}\lambda\iota\omega$ ipsemet annunciauit. Grauiter
 ergo peccant , qui sinistre de eo sentiunt , aut
 se, eo indigne gerunt. Hoc ipso enim *bonam*
Christi fragrantiam foetidam reddere audent,
 ii imprimis , qui id non dant operam , vt vir-
 tutum exercitio Deo sint suavis odor , & in
 verbi diuini praedicatione , inculpatae fidelis-
 tatis. His & ii accedunt , qui huius status
 functiones, omnibus sine discriminē attribue-
 re volunt christianis , vi sacerdotii spiritualis,
 contra Pauli mentem , qui non quemlibet ad
 hoc tam arduum munus idoneum esse dicti-
 tat , & se propriis quicquam valuisse viribus
 negat, e contrario se a DEO ad hoc separa-
 tum negotium fatetur. In hoc ergo trium-
 phauit ; nec $\iota\alpha\pi\eta\lambda\acute{e}\nu\omega\eta$, sed $\acute{\epsilon}\xi\epsilon\iota\lambda\eta\varphi\epsilon\iota\alpha\varsigma$
 tanquam ex DEO coram DEO , Christi ver-
 bum praedicauit. Qui eodem modo sunt

G

con-

constituti verbi diuini ministri , & eadem ratione suo funguntur officio , sunt Christi bona fragrantia Deo.

§. XII. Mox a lapsu euangelium Christi instar boni odoris primis parentibus a Deo ipso spargebatur. Postea vero per patriarchas , & prophetas aliosque viros veteris testamenti Θεονέυσας annunciabatur , licet non tanto claritatis gradu , ut postea noui testamenti temporibus , quae diei speciem p[re]se ferunt in relatione ad tempora veteris testamenti , quae vti nox obscura fuere. Nam hic per typos , umbra & obscuriora vaticinia euangelium suauissimum denunciabatur ; sed temporibus noui testamenti instar clarissimi inbaris erumpebat. Christus per triennium & quod excurrebat illud clarissime praedicabat , ipsoque ad dextram patris electo , per apostolos , quos conuocauerat ac ordinauerat , hominibus annunciatum curabat . Hi totum ferme permigrarunt mundi ambitum , & praedicando , scribendoque hunc odorem sparserunt. * Seculis subsequentibus per viros aposto-

* Vid. Danhauerus in Christi de p.m. 155. seq.